

CAELII
APITII, SVM
MI ADVLATRICIS
MEDICINAE ARTIFICIS,
De re Culinaria libri
Decem.



B. PLATINAE CREMONEN-
sis De Tuenda ualetudine, Natura rerum, & Popinae
scientia Libri x.

PAVLI AEGINETAE DE FA-
cultatibus alimentorum Tractatus,
Albano Torino Inter-
prete.

*



VIRTVTIS
PRAEVOCATR

COMITE FORTANIA.

APVD SEB. GRYPHIVM
LVGVDVNI,
1541.

S P L E N D I D I S S.

A M P L I S S. Q V E H E R O I A C
domino D. Georgio Vuirtenbergæ pariter &
Montbelgardi Comiti comprimis illu=

stri, &c. Domino suo gratio-
sissimo Albanus To-
rinus S.



V V M bis senis ab hinc annis multa
Monspeßuli, præsertim quæ ad rem me=
dicam attinent, curiose agerem, & accu=

ratißimè obseruarē, Comes splendidißi=

me, in insula urbi propinqua, nomine
Megalona, quam cum Reuerendissimo in Christo patre
ac domino Gulielmo Pelisserio Megalonensi Episcopo
omnium doctissimo, appuleram: reperi abiectissimo in lo=

co codicem semilacerum, cuius Titulus squalore obsitus,
uix characterum uestigijs repræsentabat, C A E L I I A=

P I T I I D E R E C V L I N A R I A L I B R I X.

Deus bone, quantū subsultabat animus præ gaudio, quan=

tum triumphabam, ratus me non quod pueri in faba cla=

mitant, sed palmarium reperisse, puta Romanum illum

A P I T I V M διοφάγον, maximum omnium nepotum gur=

gitem, cuius celeberrimi scriptores mentionē faciunt, eoq;

non uerbum uerbo solū, sed characterum quoq; uocum

singularum monstrosè deformatarū liniamenta sollicitius,

ita ut ne apex quidē desideraretur, depingenda curau=

mus. Olfaciebam statim autorem esse uetustissimum, & o=

bsopœum, qui de re popinali, lingua coquinaria egregiè

præter cæteros scripsisset, et q; obsonia delicatius quā pro

ea ætate, qua glādibus uescerentur hoīes, cōfecisset. Nostri

a 2 uero

uero popinones et cupediarij plerasq; id genus delicias ni
 hil morantur, sed satis de quercu, ut dicitur, habentes ligu
 rire, et unicoriibus popinis indulgere consueuerunt. Sunt
 enim hodie plures quam unquam Apitij consecratores,
 eodemq; multo strenuiorcs in patinis bellatores, audaciss= =
 imè præliantes. Gaudent enim pleriq; cœnis triumphali= =
 bus, Pontificalibus, saliaribus, & Polincturis. Ego plures
 Apitios fuisse coniicio. Vtrum autem hic noster fuerit ille
 inter gulæ proceres insignis, cuius pollucibiles cœnas su= =
 percilio Stoico conuelliit Seneca, qui epularum delicatissim= =
 arum perditor, Tiberij Cæsaris tempestate suas opes
 perquam immensas in uentrem rapacissimum immersit:
 An is cuius Athenæus meminit, doctioribus coniectandum
 relinquo. Cæterum ex libro secundo de Consolatione ad
 Albinam, Apitij historiam subsignabo. Apitius inquit, no= =
 stra memoria uixit, qui in ea urbe, ex qua aliquando Phi= =
 losophi uelut corruptores iuuentutis abire iussi sunt, sci= =
 entiam popinæ professus, disciplina sua seculum infecit.
 Cuius exitum nosse operæ premium est. Qum sestertiūm
 milies in culinam congesisset, qum tot congiaria princi= =
 pum, & ingens Capitoliu[m] uectigal singulis commessatio= =
 nibus hausisset, ære alieno oppressus, rationes suas tunc
 primum coactus inspexit, superfuturum sibi sestertium
 centies computauit, & uelut in ultima fame uicturus, &
 sestertio centies, si uixisset, ueneno uitam finiuit. An is de= =
 niq; cuius mentionem facit Suidas, his uerbis: Οὐ Νικεμή-
 θει τοῦ βιθυνῶν βασιλῆ ἀφύης ἐπιθυμίσαντες πὶ μακρὰν ὄντες
 θαλάττης, ἀπίκιον δὲ τοφάγοι μιμούμενοι τὸ ιχθύδιον, παρέ-
 θηκεν ὡς ἀφύας. Ηδὲ οὐατασκόντες αὐτην θύλεαν λαβὼν γεγγυλί-
 θα ταύτην ἐπεμδὺ εἰς μακρὰ καὶ λεπτὰ, τὴν ὅψιν τῆς ἀφύης μι-
 ειδούμενος ἐπιζέσσεις ἀλουρ, ἐπιχέας ἄλας, μέκωνας ἐπιπάστας, ἐλυ-
 σετῆρ

DEDICATORIA.

3

et tūp iπιδυμίap . Archimagirum aliás ue cupediarum nobilem admodum artificem multis coniecturis intelligi datur, qui popinæ scientiā professus, culinario quodam idiomate hæc bis quina uolumina (si modo Latinè scripsisse credas) exarasse uidetur. Vnde fortassis apud λεγοφίλας magis, quam φιλελόγος æstimationem se dignam, hoc seculo, amittent. Propagatum ab hoc Apitio in opsodædalos cognomentum est, ut Apitianī dicerentur, quadam philosophorum imagine, popinali disciplina præstantissimi. Ipse simul atq; penitus inspexi, et properanter caput unum atq; alterum transuolitauit, protinus apud me mußitauit: Si uetustior hic autor, licet parū elegans, integer, et à mendis purus extaret, haud ambigerem, quin mortalibus cunctis, sed præcipue Medicinæ candidatis, quum ad tutelam sanitatis, tum ad morborum curationem esset idoneus et comprimis necessarius, quo ad θαυμάτην, quæ potissima eius artis est portio, eoq; Plato Culinariam hanc disciplinam, adulatricem Medicinæ appellat: quoniam non solum qui gulæ scruiunt, sed sanitatem tuentur, congruit. Tulumus hunc nobiscum ob uenerandam uetustatem, pro Opsopæo, in Germaniam, tam prodigiosè corruptum ut omnia instaurare sine emendatiore codice, non foret humani ingenij. Quapropter et premendum planè censebam, donec melioris alicuius exemplaris fieret copia, quod acceperā esse annis ab hinc plus minus quinquaginta Venetijs expressum. Moueo itaq; omnem lapidem frustra triplicem trieteridem, quo tandem tempore Io. Honterus Coronensis, vir amoenissimo ingenio et singulari doctrina, ex Transsylvania illud Venetianum misit. Quod ubi accipissem longè depravatius quam Megalonense, abieci omnem edendi spem. Ausim enim iurare, eos, qui utraque

a b

illa

E P I S T O L A

illa exemplaria exarauerant, ne uerbulum quidem intelle-
lexisse, ita omnia simpliciter erant fœdiſimè deprauata,
uocibus cunctis uitiatè scriptis, nec Græcis, nec Latinis
auribus cognitis, sine diastolis & punctis, uel ijsdem om-
nino præposteris, quæ sententias commutare, amphibo-
logias ciere, labyrinthis quenque uel ingeniosissimum
inuoluere in confesso est. Quibus monstris deterriti ab-
iecimus utrumque codicem ceu deploratum. Interim
studiosi quidam præsertim artis medicæ mecum expostu-
lant, quur tam uetustum autorem ipsis qualemcunq; com-
municare tandiu differam, efflagitantes interea ne ab-
derem diutius, sed in publicum pro meo candore emit-
tam. Proinde nunc ædidiſimus tandem, ne situ prorsus
emarcesceret, plerisque mendis, nostra opera satis tumul-
tuaria, nullo ſæpe suffragante exemplari, sublatiſ, adeò
ut citra offendam, ſine' que tædio à studiosis omnibus &
legi, & maxima ex parte intelligi poſſit. Aedidiſimus,
inquam, ut & alijs demus, illi succurrendi occaſionem,
priscos in hoc æmulati, qui priusquam ars Medica in
methodum eſſet redacta, morbis oppreſſos in triuijs &
compitis ſtinuebant, ut à prætereuntibus ſalubres mor-
borum medelas perdiſcerent. Quum autem mecum diu
cogitarem cui'nam potiſſimum C. Apitium autorem exi-
mium ac ueterem, cum eius ueluti interprete Platina, cu-
ius itidem libros decem ad imitationem Apitij elegantiſ-
simè factos, de popinæ ſcientia, & P. Aeginetæ de ali-
mentis tractatum, qui non male his Muſis adhærere uide-
bantur, adieciſimus, cōuenienter dicarem. Pluribus quidem
nominibus, maximè uero duobus mihi uifum eſt conueni-
re, Comes micantissimè, ut ij minimè contemnendi autore-
partims